

qui ministrabant Angeli, tamen ad informandam Ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens; sed ne Deo propter ista serviat, & ob inopie timorem justitia deserat.

Te Deum laudamus 13.
PRO ABBATIBUS.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 19. d

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. in Matth. cap. 19.

Grandis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu & arte querebat: & tamen loquitur confidenter, Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis das? Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti: quid igitur nobis das? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis: quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Non dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim & Crates fecit Philosophus, & multi alii divitias contempserunt: sed, qui secuti estis me: quod proprie Apostolorum est, atque credentium.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum:

V. Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **R.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinent se ab omni opere malo, & per-

manens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viij.

In regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue (quando & mortui de corruptione resurgent incorrupti) sedebitis & vos in solis iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israël: qui vobis credentibus, illi credere voluerunt. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Locum iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur: Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem à patre suo, & matrem à filia, & nurum à socru: & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias & sæculi voluptates: isti centuplum recipient, & vitam æternam possidebunt.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris:

V. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **R.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Lectio ix.

Ex occasione hujus sententiae quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes: Tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam: non intelligentes, quod, si in cæteris digna sit repositio, in uxoribus appareat repugnatio: ut qui unam pro Domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus ergo iste est: Qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritualia recipiet: que comparatione & merito sui

sui ita erunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur.

Te Deum laudamus. 12.

C O M M U N E

Virginum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: *

Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genuit te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, * confringit in die ire sue reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propetere exaltabit caput.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

Psalmus 119.

Laudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: * & super caelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in caelo & in terra?

Suscitans a terra inopem, * & de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domino, * matrem filiorum latantem.

Antiphona. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

Antiphona. Hæc est que nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctorum.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, que dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, que edificatur ut civitas: * cuius participatio ejus in idipsum.

Illic enim ascendet tribus, tribus Domini: * testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogate que ad pacem sunt Jerusalem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, * quasi bona tibi.

Antiphona. Hæc est que nescivit torum in delicto: habebit fructum in respectione animarum sanctorum.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Psalmus 126.

Nisi Dominus edificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui edificent eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem dolioris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hereditas Domini, fili-

li: merces, fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potentis: * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implēvit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquētur inimicis suis in porta.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia. **Alia.** Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Psalmus 147.

Lauda Jerusalem Dominum: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terra: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, & judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: * & judicia sua non manifestavit eis.

Antiphona. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Capitulum. 2. Cor. 10. d.

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu corona Virginium,
Quem Mater illa concepit,
Qua sola Virgo parturit,
Haec vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilia,
Septus chorēis Virginum,
Sponsus decōrus glōriā,

Sponsisque reddens praemia.

Quocumque tendis, Virgines sequuntur, atque laudibus Post te canentes cursitant, Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices, Nostris ut addas sensibus, Nescire prorsus omnia Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria, Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paraclyto, In saeculorum saeculo. Amen.

V. Specie tua & pulchritudine tua, **R.** Intende, prospere procede, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus praeparavit in aeternum.

Oratio.

Deus, qui inter caetera potentia tuae miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti concede propitius; ut qui beatae N. Virginis & Martyris tuae natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum, &c.

Alia Oratio.

Indulgentiam nobis, quaesumus Domine, beata N. Virgo & Martyr impleret: qua tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuae professione virtutis. Per Dominum.

Pro Virgine non Martyre,

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris nos: ter: ut sicut de beatae N. Virginis tuae festivitate gaudemus, ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

Si fuerint plures, in utrisque Vesperis ad Magnificat, & in Laudibus ad Benedictus, Antiph. Prudentes virgines aptate vestras lampades: ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Adducuntur Regi virgines post eam. **R.** Proxima ejus afferentur tibi.

Oratio.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Domine Deus noster, sanctarum Virginum & Martyrum N. & N. palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentem obsequiis. Per Dominum, &c.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Virginum Dominum, * Venite, adoremus. **Psalm.** Venite. 1.

Hymnus.

Virginis Proles, Opifexque Matris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo:

Virginis partos canimus decora Morte triumphos.

Haec enim palma duplice beata Sorte, dum gessit fragilem domare Corporis sexum, domuit cruentum Cede tyrannum.

Unde nec mortem, nec amica mortis Mille poenarum genera expavescens,

Sanguine effuso meruit serenum Scandere caelum.

Hujus oratu Deus alme nobis Debitas poenas scelerum remitte;

Ut tibi puro resonemus alium Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitaeque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus, Spiritus semper, Deus unus omni

Temporis aeo. Amen.

Si Sancta fuerit Virgo tantum, & non Martyr, dicitur Hymnus ut sequitur.

Virginis Proles, Opifexque Matris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo,

Virginis festum canimus beatae, Accipe votum.

Hujus oratu Deus alme nobis Debitas poenas scelerum remitte;

Ut tibi puro resonemus alium Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitaeque Proli, Et tibi compar utriusque Virtus Spiritus semper, Deus unus omni Temporis aeo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate?

Psalmus 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam video caelos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecasti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. O quam pulchra est casta generatio cum claritate!

Antiphona. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalmus 13.

Caeli enarrant gloriam Dei, * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelae, neque sermones, *
Ggg 3

nes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exiit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thálamis suis.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egressus ejus.

Et occúrsum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * testimónium Dómini fidèle, sapiéntiam prestans parvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, latificánt corda: * præceptum Dómini sícudum, illúminans oculos.

Timor Dómini sanctus, permansens in sæculum sæculi: * judicium Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lápidem pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiéndis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fuerint domináti, tunc immaculátus ero: * & emundabor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine adjutor meus, * & redemptor meus.

Antiphona. Ante torum hujus Virginis frequentáte nobis dulcía cántica dramatis.

Antiphona. Revértere, revértere, Sunamitis: revértere, revértere, ut intueámur te.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitúdo ejus: * orbis terrárum, &

universi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens máribus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictiónem a Dómino: * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generatio quæréntium eum, * quæréntium faciém Dei Jacob.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introibit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas principes vestras, & elevámini portæ æternáles: * & introibit rex glóriæ?

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtutum ipse est rex glóriæ.

Antiphons. Revértere, revértere, Sunamitis: revértere, revértere, ut intueámur te. **V.** Spécie tuá & pulchritudine tuá. **R.** Inténde, prospere procéde, & regna. Pater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictióne perpétua.

De Epistola prima beáti Pauli Apostoli ad Corinthios.

lectio ij. **Cap. 7. e.**

De virginibus præceptum Dómini non habeo: consilium autem do, tamquam misericórdiam consecutus a Dómino, ut sim fidélis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quóniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxóri? noli quærere solutiónem. Solutus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non pec-

cas-

cásti. Et si nupsit virgo, non peccávit. Tribulatióem tamen carnis habébunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: relinquitur enim dies & noctes, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

V. Veni sponsa Christi, accipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. **V.** Et cum Angelis in paradísium introisti.

V. Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum: quia concupivit rex spécie tuam. Et cum Angelis.

Si non fuerit Martyr, dicitur sequens. **V.** Veni elécta mea, & ponam in te thronum meum: Quia concupivit rex spécie tuam. **V.** Spécie tuá & pulchritudine tuá inténde, prospere procéde, & regna. Quia. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius.

lectio ij.

Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est quæ Dómini sunt, quómmodo placeat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollicitus est quæ sunt mundi, quómmodo placeat uxóri, & divisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quómmodo placeat viro. Porrò hoc ad utilitatem vestram dico: non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impediménto Dóminum obsecrándi.

R. Diffusa est grátia in lábiis tuis: peccávit. Tribulatióem tamen carnis habébunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: relinquitur enim dies & noctes, tamquam non habentes sint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

lectio iij.

Si quis autem turpem se vidéri existimat super virgine sua, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui stáuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntátis, & hoc iudicávit in corde suo, servare virginem suam, benè facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, benè facit: & qui non jungit, melius facit. Mulier alligáta est legi, quanto tẽpore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberáta est: cui vult nubat, tantum in Dómino. Beátorum autem erit si sic permanserit secúndum meum consilium: puto autem quòd & ego Spíritum Dei habeam.

R. Spécie tuá & pulchritudine tuá, * Inténde, prospere procéde, & regna. **V.** Diffusa est grátia in lábiis tuis, properterea benedixit te Deus in ætérnum. Inténde. Glória Patri. Inténde.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Spécie tuá & pulchritudine tuá inténde, prospere procéde, & regna.

Psalmus 44.

Reructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóliter scribentis.

Spéciosus forma præ filiis hominum, diffusa est grátia in lábiis tuis: * properterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ggg 4

Ac-

Accingere gládio tuo super femur tuum, * potentissime,

Spécie tuâ & pulchritudine tuâ * intende, prospere procéde, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis. Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directiónis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * propterea unxit te Deus tuus óleo lætitiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honóre tuo.

Ascrit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: * & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus: * vultuum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducéntur regi virgines post eam: * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætitiâ & exultatione: * adducéntur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatióne.

Propterea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, * & in sæculum sæculi.

Antiphona. Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procéde, & regna.

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus, non commovebitur.

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus: * adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timébimus dum turbabitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eórum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in médio ejus, non commovebitur, * adjuvabit eam Deus mané diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte ópera Dómini, quæ pósuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma: * & scuta combáret igni.

Vacatè, & videte, quóniam ego sum Deus: * exaltabor in Géntibus, & exaltabor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus, non commovebitur.

Antiphona. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.

Psalmus 47.

Magnus Dóminus, & laudabilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatione univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus

Deus in dómibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregati sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admirati sunt: conturbati sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolores ut parturiéntis, * in spiritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vidimus in civitate Dómini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in ætérnum.

Suscévimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justitiá plena est dextera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, * propter judicia tua Dómine.

Circumdate Sion, & complectimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuíte domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Antiphona. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

R. Deus in médio ejus, non commovebitur. Pater noster. **Absolutio.**

Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Ambrósii Episcopi. **Lib. 1. de Virginibus, circa initium.**

Lectio iv

Quóniam hodié natalis est Virginis, invitat nunc integritatis amor, ut aliquid de virginitate dicamus: ne véluti tránsito quodam præstricta videatur, quæ principális est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia in Martyribus reperitur: sed quia ipsa

Martyres faciat. Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis incelsis legibus? Aut quis naturali voce complecti, quod supra usum naturæ sit? E caelo accersivit, quod imitari in terris. Nec immerito vivendi sibi usum quæsit e caelo, quæ sponsus sibi invenit in caelo.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procéde, & regna. Et deducet. **Benedictio.** Christus perpétua.

Lectio v.

Hæc nubes, aéra, Angelos, sideraque transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, & toto hausit pectore. Nam quis tantum, cum invenerit, relinquat boni? Unguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Postremò, non meum est illud, quóniam quæ non nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei in caelo. Nemo ergo mirétur, si Angelis comparétur, quæ Angelorum Dómino copulantur.

R. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus tuus óleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Quis igitur neget, hanc vitam fluxisse de caelo, quam non facîle invenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terrénis corpóris membra descendit? Tunc in útero Virgo concepit, & Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus. Dicit aliquis: Sed etiam Elias nullius corpórei cóitus fuisse permixtus

tus cupiditâibus inventur. Ideo ergo curru raptus ad cœlum, ideò cum Dômino appâret in glôria, ideò Dominici ventûrus est præcursor adyentûs.

V. Afferentur regi virgines post eam, proxima ejus. **A**fferentur tibi in lætitia & exultatione. **V.** Specie tuâ & pulchritudine tuâ intendo, prospere procede, & regna. Afferentur. Glôria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno, Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideò dilexit me rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Psalms 95.

Cantate Dômino canticum novum: * canite Dômino omnis terra.

Cantate Dômino, & benedicite nômni ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriâ ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dôminus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Gentium demonia: * Dôminus autem coelos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferre Dômino patriæ gentium, afferre Dômino gloriâ & honorem: * afferre Dômino gloriâ nômni ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorâte Dôminum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus univêrsa terra: * dicite in Gentibus, quia Dôminus regnavit.

Etenim corripuit orbem terræ qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra commoveatur mare, & plenitudo ejus: * gaudébunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Dômini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * & populos in veritate sua.

Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideò dilexit me rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currémus unguentorum tuorum: oleum effusum nomen tuum.

Psalms 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * lætentur insulae multae.

Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dômini: * à facie Dômini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriâ ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorâte eum omnes Angeli ejus: * audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filia Judæ, * propter judicia tua Dômine:

Quoniam tu Dôminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dôminum, odite malum: * custodit Dôminus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætâmini justi in Dômino: * & confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currémus unguentorum tuorum: oleum effusum nomen tuum.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dôminus præparavit in ætérnum.

Psalms 97.

Cantate Dômino canticum novum: * quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextera ejus: * & brâchium sanctum ejus.

Notum fecit Dôminus salutare suum: * in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiae suæ: * & veritatis suæ dômui Israël.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilâte Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Dômino in cithara, in cithara, & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ.

Jubilâte in conspectu regis Dômini: * moveatur mare, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manû, simul montes exultabunt à conspectu Dômini: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & populos in æquitate.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dôminus præparavit in ætérnum. **V.** Elegit eam Deus, & prælegit eam.

R. In tabernaculo suo habitare facit eam. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne.

Benedictio. Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampadas suas, exierunt obviam sponso & sponse. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Homilia 12. in Evangelia.

Sapete vos, fratres charissimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare: sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere, ut & bona quæ agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod à vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur. Ecce enim Redemptoris voce decem virginis, & omnes dicuntur virginis, & tamen intra beatitudinis januam non omnes sunt receptæ: quia eârûm quædam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt.

R. Hac est virgo sapiens, quam Dôminus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus sumpsit secum oleum: * Et veniente Dômino, introivit cum eo ad nuptias. **V.** Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **Et.** **Benedictio.** Cujus. **vel** Quarum festum cœlimus.

Lectio viij.

Sed prius querendum nobis est, quid sit regnum cœlorum, aut cur decem virginibus comparetur, quæ etiam virginis prudens & factuæ dicantur. Dum enim cœlorum regnum constat, quia reproborum nullus ingreditur, etiam factus virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendum nobis est, quod sæpe

in

in sacro eloquio regnum cœlorum præsentis tēporis Ecclēsia dicitur. De quo alio in loco Dōminus dicit: Mittere Filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scāndala. Neque enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inveniri scāndala poterunt, quæ colligantur.

R. Mēdiā nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lāmpades. Ecce. Glōria Patri. Ecce. **Benedict.** Ad societatem. **Lectio ix.**

In quinque autem corporis sensibus unusquisque subsistit. Geminatus autem quinquarius denarius perficit. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta Ecclēsia decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua quia mali cum bonis, & reprobi cum electis admixti sunt, recte similis virginibus prudentibus & fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes, qui ab appetitu se exteriori custodiunt, & spe ad interiora rapiuntur, carnem mæcerant, & toto desiderio ad supernam patriam anhelant, æterna præmia expetunt, pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi numerum glōriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favores expetunt. **Te Deum laudamus. 12.**

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. **Psalmus.** Dōminus regnavit, cum reliquis. 14. **Ant.** Hæc est virgo sapiens, quam Dōminus vigilanter invenit. **Ant.** Hæc est que nescivit rotum in delicto: habebit fructum in

respectiōne animarum sanctarum.

Ant. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia. **Ant.** Ista est spectiosa inter filias Jerusalem.

Capitulum. **2. Cor. 10. d**
Fratres, Qui gloriatur, in Dōmino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

Hymnus.

Jesu, corōna Virginum,
Quem Mater illa concipit
Quæ sola Virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui pergis inter lilla,
Septus chorēis Virginum,
Sponsisque reddens præmia,
Quocumque tendis, Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur supplices,
Nostris ut addas sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Virtus, honor, laus, glōria,
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.
V. Diffusa est grātia in labiis tuis.
R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam.

Oratio.

Deus, qui inter cetera potentia tua miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti, concede propitius; ut qui beata N. Virginis & Martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dōminum, &c.

Oratio.

Alia Oratio.

Indulgentiam nobis, quaesumus Dōmine, beata N. Virgo & Martyr impleret: quæ tibi grata semper exiit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dōminum.

Pro Virgine non Martyre, Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beata N. Virginis tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotiōnis erudiāmur affectu. Per Dōminum nostrum.

Si fuerint plures, ad Benedictus dicitur Ant. Prudentes virgines aptate vestras lāmpades: ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Adhuc tunc Regi virgines post eam. **R.** Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio.

DA nobis, quaesumus Dōmine Deus noster, sanctarum Virginum & Martyrum N. & N. palmas incessabili devotiōne venerari: ut quas dignā mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentem obséquium. Per Dōminum nostrum Jesum Christum, &c.

Ad Tertiam, Antiphona. Hæc est virgo sapiens. **Capitulum.** Fratres, Qui gloriatur, ut supra. **R. br.** Spēcie tuā. **Et pulchritudine tuā.** **V.** Intēde, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Glōria Patri. Spēcie tuā. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona. Hæc est quæ nescivit.

Capitulum. **2. Cor. 11.**

Mulor enim vos Dei amulatione. Despōndi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

R. breve. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Deus vultu. Glōria Patri. Adjuvabit. **V.** Elēgit eam Deus, & præelēgit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Ista est speciosa. **Capitulum.** **Ecclesi 51. b**
Domine Deus meus, exaltasti super terram habitatiōnem meam, & pro morte deflente deprecata sum. Invocavi Dōminum Patrem Dōmini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superbōrum sine adjutorio. **R. breve.** Elēgit eam Deus, & præelēgit eam. Elēgit eam. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelēgit. Glōria Patri. Elēgit eam. **V.** Diffusa est grātia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

Si fuerit Virgo, & non Martyr, dicitur sequens Capitulum. **Sap. 4.**

Oquā pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

R. breve. Elēgit, ut supra. **Ad Vesperas, Antiphona.** Psalmi, **Capitulum & Hymnus, ut in primis Vesperis, lxvij.** **V.** Diffusa est grātia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat, Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe corōnam, quam tibi Dōminus præparavit in æternum.

Alie Lectiones pro Virginibus. Pro Virgine & Martyre, ac pro Martyre tantum, Lectiones primi Nocturni leguntur etiam ut infra. De libro Ecclesiastici.

Lectio. **Cap. 51.**

Confitebor tibi Dōmine rex, & collaudabo te Deum Salva-

vatorem meum. Confitebor nómni tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo lingue iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nómni tui à rugientibus, præparatis ad escam, de manibus quarerentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circumdederunt me: à pressura flammæ, quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum aestuata: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua iniusta.

R. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in ætérnum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, & cum Angelis in paradiso introisti. **V.** Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit rex speciem tuam. Et cum Angelis.

Lectio ij.

Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum, & vita meæ appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdedérunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Respicens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memorata sum misericordiæ tuæ Domine, & operatiónis tuæ, quæ à sæculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberasti eos de manibus gentium.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis: Propterea benedixit te Deus in ætérnum. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Propterea.

Lectio iij.

Exaltasti super terram habitacionem meam, & pro morte defluente deprecata sum. In vocavi Deum Patrem Domini mei, ut non

derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore super peribor sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.

R. Specie tua & pulchritudine tua, Intende, prospere procede, & regna. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ætérnum. Intende. Glória Patri. Intende.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Cypriani Episcopi & Martyris de disciplina, & habitu Virginum.

Lectio iv. *Cap. 2.*

Nunc nobis ad Virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, quecus atque ornamentum gratiæ spiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plius gaudium matris augescit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius, quam potestates: non quod extremi, & minimi, & humilitatis nostræ admodum consilii aliquid ad censuram licentiæ vindicemus; sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lec-

Lectio v.

Neque inanis hæc cautio est, & vana formido, quæ ad salutem viam consultat, quæ Dominicæ & vitæ præcepta custodit, ut quæ se Christo dicaverint, & à carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo voverint, consimment opus summo præmio destinatum: nec ornari jam, aut placere cuicumque nisi Domino suo, studeant, à quo & mercèdem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex utero matris sic nati sunt: & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus: & sunt spadones, qui seipos castitatem propter regnum cælorum.

R. Dillexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Denuo quoque per hanc Angelicam vocem continentiae munus ostenditur, virginitas prædicatur. Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquaverunt, virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque ierit. Neque enim tantum masculis continentiæ gratiam Dominus reppromittit, & feminas præterit: sed quoniam femina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est, in Scripturis ferè omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculino simul significatur & femina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur: quid est illis cum terreno cultu, & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

R. Afferentur regi virgines post eam: proxima ejus. Afferentur

tibi in lætitia & exultatione. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Afferentur. Glória Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.*Cap. 19.*

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis

Chrysostomi.

Homilia 63. in Matth. sub medium.

Dominus noster, quia ad virginitatem hortari grave esse videbatur, à necessitate legis de non solvendo matrimonio, eos ad cupiditatem illius traheret studet. Deinde ut eam esse possibilem ostendat, sic inquit: Sunt eunuchi qui ex ventre matris ita nati sunt, & sunt qui ab hominibus eunuchi facti sunt, & sunt qui seipos castitatem propter regnum cælorum. Quibus verbis latenter eos ad eligendam virginitatem inducit, dum eam virtutem esse possibilem astruit.

R. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus invenit secum oleum: Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. **V.** Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Et veniente.

Lectio viij.

In autem hoc ferè modo confirmat. Cõgita tecum, si aut à natura talis esses, aut ab hominibus eam injuriam passus, quid faceres: cum & ejusmodi voluptate careres, & nullum erando mercedem consequeris? Gratiæ igitur nunc Deo agas, quod cum mercede atque coronis idem sustines, quod illi sine coronis

ac

ac præmio tólerant: immò verò non idem, sed multo levius; tum quia spe erigeris, & conscientia recere facti: tum quia non ita ingentibus concupiscentiæ fluctibus iactaris.

R. Mædia nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obviam ei. * Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Glória Patri. Ecce sponsus.

Lectio IX.

Cum ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, frustra & inutiliter tales sunt; ac de illis, qui ut regnum cælorum consequantur, se continent, subiunxit rursus, dicens: Qui potest capere, capiat: ut alacriores efficiat eo ipso, quod grave esse opus ostendit, & ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere: idque dicendo, adhuc magis possibilem esse demonstrat, ut voluntatis studium plus augeatur.

Te Deum laudamus. 13.

C O M M U N E

Sanctæ Martyris tantum, & nec Virginis nec Martyris.

Ad Vesperas, Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: * ex itinere ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum: * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, * confrelio. * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusa-

lem: *

bit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via biber: * propitèrea exaltabit caput.

Antiphona. Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suavitatis.

Antiphona. In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Psalmus 112.

Laudate pñeri Dòminum: * laudate nomen Dòmini.

Sit nomen Dòmini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Dòmini.

Excelsus super omnes gentes Dòminus, * & super cælos glória ejus.

Quis sicut Dòminus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem, * & de stercore erigens pauperem:

Ut colloquet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: * matrem filiorum lætântem.

Antiphona. In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Antiphona. Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dòmini ibimus.

Stantes erant pedes nostri * in atris tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dòmini: * testimonium Israël ad confitendum nòmini Dòmini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio. * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusa-

lem: *

lem: *

lem: *

lem: * & abundantia diligèntibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquebar pacem de te:

Propter domum Dòmini Dei nostri, * quæsi bona tibi.

Antiphona. Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Psalmus 126.

Nisi Dòminus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dòminus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis somnum: * ecce hæreditas Dòmini filii mercis, & fructus ventris.

Sicut sagitta in manu potentis: * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

Antiphona. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Antiphona. Ista est speciosa inter filia Jerusalem.

Psalmus 147.

Lauda Jerusalem Dòminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nubilam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buc-

cellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emitte verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aque.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, & judicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi: * & judicia sua non manifestavit eis.

Antiphona. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. *Ecclesi 51.*

Confitebor tibi Dòmine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nòmini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Capitulum. *Proo. 31. b.*

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus prætium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymnus.

Fortem viri pectore Laudamus omnes fœminam, Quæ sanctitatis glória,

Ubique fulget inelyta. Hæc sancto amore saucia Dum mundi amorem noxium Horrèscit, ad Cœlestia Iter perègit arduum.

Carnem domans jejuniis, Dulceque mentem pabulo Oratiõnis nutriens, Cœli postitur gaudiis.

Rex Christe virtus fortium, Qui magna solus efficit, Hujus precatu quæsumus, Audi benignus supplices.

Deo Patri sibi glória, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Nunc & per omne sæculum.

Amen.

Specie tua & pulchritudine tua.

Hhh

R.

Specie tua & pulchritudine tua.

Hhh

R.

Specie tua & pulchritudine tua.

Hhh

R.

Specie tua & pulchritudine tua.

Hhh

R.

R. Intende, prospere procede, & regna.

Ad Magnificat, Antiphona.

Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam.

Pro uno Martyre tantum, Oratio.

Deus, qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beate **N.** Martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Pro pluribus Martyribus tantum, Oratio.

DA nobis, quaesumus Domine Deus noster, Sanctorum Martyrum **N.** & **N.** palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus observari. Per Dominum nostrum, &c.

Pro nec Virgine nec Martyre, Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beate **N.** festivitate gaudemus, ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum, &c.

Ad Matutinum Invitorium.

Laudemus Deum nostrum, * In confessione beate **N.** Psalmis. Venite, exultemus. i.

Hymnus.

Hujus oratu, Deus alme, nobis Debitas poenas scelerum remitte:

Ut tibi puro resonemus alium Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitrici que Proli,
Et tibi compar utriusque virtus
Spiritus semper, Deus unus omni
Temporis ayo. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate!

Psalmus 3.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super caelos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: * lunam & stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. O quam pulchra est casta generatio cum claritate!

Antiphona. Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Psalmus 18.

Celi enarrant gloriam Dei, * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diem eructat verbum, * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelae, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum:

rum: * & in fines orbis terrae verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo caelo egressio ejus:

Et occursum ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata converentis animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis.

Justitiae Domini rectae, laetificant corda: * praecipuum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi: * judicium Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: * & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, * & redemptor meus.

Antiphona. Lava ejus sub capite meo, dextera illius amplexabitur me.

Antiphona. Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis & potens: Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Antiphona. Revertere, revertere, Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te. **V.** Specie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, & regna. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Domine. **V.** Jubbe domne. **Benedictio.** Benedictio ne perpetua.

Lectiones primi Nocturni pro Martyre tantum leguntur ut supra. Confitebor tibi Domine Rex. lxxvij.

Pro nec Virgine nec Martyre ut sequuntur.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j.

Cap. 31. b.

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitae suae. Quaesivit lanam & linum, & ope-

rata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institutoris, de longè portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.

Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: Quia concupivit Rex speciem tuam. **V.** Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. Quia concupivit. **Benedictio.** Unigenitus Dei Filius. **Lectio ij.**

Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguitur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fenum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timēbit domi suæ à frigidibus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ Sionem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananeo.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis, **Propterea benedixit te Deus in ætænum.** **V.** Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. **Propterea benedictio.** Spiritus sancti gratia. **Lectio ij.**

Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridēbit in die novissimi. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clemētiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimum prædicaverunt: vir ejus, & laudavit

eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.

V. Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis, **propterea benedixit te Deus in ætænum.** Intende. Glória Patri. Intende.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna. **Psalmus 44.**

Reructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, & velòciter scribentis.

Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: **propterea benedixit te Deus in ætænum.**

Accingere gladio tuo super femur tuum, **potentissime,**

Specie tuâ & pulchritudine tuâ **intende, prospere procede, & regna.**

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: **& deducet te mirabiliter dextera tua.**

Sagittæ tuæ acutæ, **pòpuli sub te cadent, & in corda inimicòrum regis.**

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: **virga directionis virga regni tui.**

Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: **propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consòrtibus tuis.**

Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à dòmibus eburneis: **ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.**

Astitit regina à dextris tuis in vesti-

ti-

titu deaurato, **circumdato varietate.**

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: **& obliviscere pòpulum tuum, & domum patris tui.**

Et concupiscet rex decorem tuum: **quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.**

Et filiæ Tyri in muneribus **vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.**

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus, **in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.**

Adducuntur regi virgines post eam: **proximæ ejus afferentur tibi.**

Afferentur in lætitia & exultatione: **adducuntur in templum regis.**

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: **constitues eos principes super omnem terram.**

Mémores erunt nominis tui: **in omni generatione & generationem.**

Propterea pòpuli confitebuntur tibi in ætænum, **& in sæculum sæculi.**

Antiphona. Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende, prospere procede, & regna.

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: **Deus in medio ejus, non commovebitur.**

Psalmus 45.

Deus noster refugium, & virtus, **adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.**

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: **& transferentur montes in cor maris.**

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: **conturbati sunt montes in fortitudine ejus.**

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: **sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.**

Deus in medio ejus, non commovebitur: **adjuvabit eam Deus manè diluculo,**

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: **dedit vocem suam, mota est terra.**

Dominus virtutum nobiscum: **suscceptor noster Deus Jacob.**

Venite, & videte opera Domini, **quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terræ.**

Arcum contereit, & confringet arma: **& scuta comburet igni.**

Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus: **exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.**

Dominus virtutum nobiscum: **suscceptor noster Deus Jacob.**

Antiphona. Adjuvabit eam Deus vultu suo: **Deus in medio ejus, non commovebitur.**

Antiphona. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.

Psalmus 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: **in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.**

Fundatur exultatione universæ terræ: **mons Sion, & latera Aquilonis civitas Regis magni.**

Deus in dombus ejus cognoscetur: **cum suscipiet eam.**

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, **& convenerunt in unum.**

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, **commoti sunt, tremor apprehendit eos.**

Ibi dolores ut parturientis, **in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.**

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: **Deus fundavit eam in ætænum.**

Suscipimus Deus misericordiam tuam: **in medio templi tui.**

Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: **justitia plena est dextera tua.**

Hhh 3

Læ

Lætatur mons Sion, & exultent filiae Judæ, * propter judicia tua Domine.

Circumdante Sion, & complectimini eam: * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus: * & distribuite domos ejus, ut enarratis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in ætænum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Añs. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. **V.** Adjurabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Pater noster. **Absolutio.** Iustus pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Ex libro Sancti Ambrosii Episcopi de Viduis.

Lectio iv.

Prope finem.

Agrum hunc Ecclesiæ fertilem cerno, nunc integritatis flore vernantem, nunc viduitatis gravitate pollentem, nunc etiam conjugii fructibus redundantem.

Nam etsi diversi, unus tamen agri fructus sunt: nec tanta horum lilia, quantæ aristæ sægetum, mensium spicæ, complurimque spatia camporum recipiendis aptantur seminibus, quam redditis novales fructibus feriantur. Bona ergo viduitas, quæ toties Apostolico iudicio prædicatur. Hæc enim magistra fidei, magistra est castitatis.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tuâ & pulchritudine tua intendo, prospere procede, & regna. Et deducet. **Benedictio.** Christus perpetue.

Lectio v.

Undè & illi, qui deorum suorum adultéria & probra venerantur, cœlibatûs & viduitatis statuere penas, ut emuli certinim multarent stûdia virtutum, spēcie qua-

dem, qua fecunditatem quærent, sed stûdio, quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis & milles stipendiis arma depônit, & relicto officio quod gerêbat, ad propria veteranus rura dimittitur, ut & ipse exercitæ laboribus vitæ requiem consequatur; & alios spes futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoque maturior quædam aliis stivam committit, & juvenili gravatûs opere providentiam curæ senilis explorat: vitem facilis tondere, quam præmere, ut juvenescerent luxuriam reprimat, & adolescentem lasciviam falce succidat: parcorum quandam partium castitatem docens etiam in vitibus expetendam.

R. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Similis huic vidua velut eméritis veterana stipendiis castitatis, & si conjugii arma depônât, domûs tamen totius pacem gubernat: & si vehendis oneribus otiosa, maritandis tamen juniõribus provida, ubi cultus utilior, ubi fructus uberior sit, quarum cõpulam aptiorem, senili gravitate dispõnit. Itaque si maturioribus potiûs quam juniõribus committitur ager, cur putes utiliorem nuptam esse quam viduam? Quod si persecutores fidei persecutores fuerunt etiam viduitatis: utique fidem sequentibus viduitas non pro supplicio fugienda est, sed tenenda pro præmio.

R. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Glõria

Pa-

Patri. Mulier timens.

In tertio Nocturno, Antiphona.

Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideo dilexit me rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutem ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus. * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii Gentium demonia: * Dominus autem caelos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferre Domino patriæ Gentium, afferre Domino gloriam & honorem: * afferre Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: * adorare Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plentitudo ejus: * gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit iudicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * & populos in veritate sua.

Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem: ideo dilexit

me rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currum unguentorum tuorum: oleum effusum nomen tuum.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra: * lætentur insule multæ. Nubes, & caligo in circuitu ejus: * justitia, & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet: * inflammabit in circuitu inimicos ejus. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus: * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, * & qui gloriantur in simulariis suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * audit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ, * propter judicia tua Domine:

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia.

Lætamiini justi in Domino: * & confitemini memorie sanctificationis ejus.

Antiphona. Trahe me post te, in odorem currum unguentorum tuorum: oleum effusum nomen tuum.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in ætænum.

Psalmus 97.

Cantate Domino canticum novum: * quia mirabilia fecit.

Hhh 4

Sal-

Salvavit sibi dextera ejus: * & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutarem suum: * in conspectu Gentium revelavit iustitiam suam.

Recordatus est misericordias suas: * & veritatis sue domui Israel.

Viderunt omnes termini terre salutarem Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: * moveatur mare, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt in conspectu Domini: * quoniam venit iudicare terram.

Judicabit orbem terrarum in iustitia, * & populos in æquitate.

Antiphona. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. **V.** Elégit eam Deus, & prælégit eam.

R. In tabernáculo suo habitare facit eam. Pater noster.

Abolutio. A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 13. f.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hæc: Si mile est regnum celorum thesaurus abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 11. in Evangelia.

Celorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his que animus novit, surgat ad incognita que non novit: quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, & per ea que usu didicit,

quasi conficatus incalcescat: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat, & incognita amare. Ecce enim celorum regnum thesaurus abscondito in agro comparatur: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa que habet, & emit agrum illum.

V. Os suum aperuit sapientie, & lex clementie in lingua ejus: consideravit semitas domus sue: * Et panem otiosa non comedit. **V.** Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem. **Benedictio.** Cujus festum colimus, ipsa.

Lectio viii.

Qua in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur: quia studium celestis desiderii à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In presentem enim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Depradari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in celis est: sed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: ut & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo soli placere querimus, semper optemus secretum.

R. Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi: * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. **V.** Erucitavit cor meum verbum bonum:

di-

dico ego opera mea regi. Quem vidi. Glória Patri. Quem vidi. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Thesaurus autem celeste est desiderium: ager verò, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii celestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinam celestis custodiam calcatur: nihil, jam, quod caro blanditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat, Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. **Psalmus.** Dominus regnavit. **cum reliq. 14. Antiphona.** Iter suavitatis. **Psalmus.** Dominus regnavit. **cum reliq. 14. Antiphona.** In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentule dilexerunt te nimis. **Antiphona.** Jam hyems transiit, imber abiit, & recessit: surge amica mea, & veni. **Antiphona.** Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia.

Antiphona. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

Pro Martyre tantum.

Capitulum. *Eccli. 51.*

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Capitulum. *Prov. 31. b.*

Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

Hymnus.

Fortem virili pectore
Laudemus omnes feminam,

Quæ sanctitatis gloria
Ubique fulget incluta.

Hæc sancto amore sacra,
Dum mundi amorem noxium

Horrescit, ad Cælestia
Iter perégit arduum.

Carnem domans jejuniis,
Dulcique mentem pabulo

Orationis nutriens,
Cæli potitur gaudiis.

Rex Christe virtus fortium,
Qui magna solus efficit,

Hujus precatu quæsumus,
Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclyto,
Nunc, & per omne sæculum. Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Date ei de fructu manuum suarum,
& laudent eam in portis opera ejus.

Pro una Martyre tantum.

Oratio.

Deus, qui inter cætera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius; ut qui beatæ N. Martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum, &c.

Pro pluribus Martyribus tantum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, Sanctarum Martyrum N. & N. palmas incessabili devotione venerari: ut quas dignamente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentibus obsequiis. Per Dominum nostrum, &c.

Pro nec Virgine nec Martyre.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ N. festivitate gaudemus, ita pia devotionis

nis erudiāmur affectu. Per Dōminum nostrum, &c.

Ad Tertiam, Antiphona.

Pro Martyre tantum, Capitulum.
Confitebor tibi, ut supra. cvj.

Pro nec Virgine nec Martyre, Capitulum.

R. breve. Spēcie tuā * Et pulchritudine tuā. **V.** Intēde, prospere procēde, & regna. Et pulchritudine. Glōria Patri. Spēcie tuā. **V.** Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.
Jam hyems transit.

Pro Martyre tantum,

Capitulum. *Eclē. 51.*

Liberasti me secundum multitudinem misericordiāe nōminis tui ad rugiētibz, pręparatis ad escam, de mānibz querentium animam meam, & de multis tribulationibz quę circumdederunt me.

Pro nec Virgine nec Martyre,

Capitulum. *Prov. 31. 6*

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timēbit dōmū suā a frigoribus nivis.

R. br. Adjuvabit eam * Deus vultu suo. Adjuvabit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glōria Patri. Adjuvabit. **V.** Elēgit eam Deus, & praelēgit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Ista est speciosa.

Pro Martyre tantum,

Capitulum. *Eclē. 51.*

Laudabit usque ad mortem anima mea Dōminum: quoniam erūs sustinētes te, & liberās eos de manu angustię, Dōmine Deus noster.

Pro nec Virgine nec Martyre,

Capitulum. *Prov. 31. 6*

Multę filię congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax grātia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dōminum, ipsa laudabitur.

R. breve. Elēgit eam Deus, * Et praelēgit eam. Elēgit. **V.** In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelēgit. Glōria Patri. Elēgit. **V.** Diffusa est grātia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Ad Vesperas: Antiphona. Dum esset rex, & alia ut supra in primis Vesperis. xcviij. **V.** Diffusa est grātia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætēnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, & panem otiosa non comedit.

Si fuerint plures non Virgines, idem sit Officium ut supra.

Lectiones pro Martyre tantum.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joānis Chrysostomi. *Serm. 67. de diversis novi Test. locis.*

Lectio iv.

Ego maxime commemoratiōnes diligo Martyrum, diligo & amplēctor; atque omnes quidem, sed tum pręcipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quāto enim infirmius est vas, tantō major est grātia, tantō illustrius est trophæum, tantō insignior est victōria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spēcie tua & pulchritudine tua intēde, prospere procēde, & regna. Et deducet.

Lecc

Lectio v.

Per mulierem vicit, per mulierem superatus est. Hoc illius antea telum erat: hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, & mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tum futilis promissi spe inflata, Dei leges violavit: hæc vitam præsentem contempsit, ne fides in suum benefactorem ejuraret. Quam igitur deinceps sperare poterunt excusationem viri, si molles sint, & ignavi: quam verò veniam, cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum adeo se generose ad certamina pietatis accingant? **R.** Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitię. **V.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vi.

Fuit illi corpus imbecillum, & obnoxius sexus injurię, verumtamen omnium horum imbecillitatem adveniens grātia occultavit. Nihil enim est, nihil planè potentius est eo, qui magno cum studio Dei timorem hæbeat in mente defixum; sed quamvis ignes, quamvis ferum, quamvis bestias, quamvis aliud quidvis minentur hostes, omnia nullo negotio contēmit: quod utique Beata ista etiam fecit.

R. Fallax grātia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opéra ejus. Mulier. Glōria Patri. Mulier.

COMMUNE

Dedicationis Ecclesie.

Ad Vesperis, Antiphona. Domum tuam Dōmine, cum reliquis de Laudibus. cxviij. **Psalmus.** Dixit Dōminus, cum reliquis de Domi-

nica, 94. & loco ultimi, **Psalmus** Lauda Jerusalem. 100.

Capitulum. *Apo. 21.*

Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.

Hymnus.

Celestis urbs Jerusalem, Beata pacis vivitio, Quę celsa de visentibus Saxis ad astra tolleris, Sponsęque ritu cingeris Mille Angelorum millibus. O sorte nupta prospera, Dotata Patris gloriā, Perspersa Sponsi gratiā, Regina formosissima, Christo jugata Principi, Cœli corusca Civitas.

Hie margaritis emicant, Patēntque cunctis ostia: Virtute namque prævia Mortalis illic ducitur, Amore Christi percitus Tormenta quisquis sustinet. Scalpri salubris ictibus, Et tunsiōne plurima, Fabri polita malleo Hanc saxa molem cōstruunt, Aptisq; juncta nexibus Locantur in fastigio.

Decus Parenti debitum Sit usquequaque Altissimo, Natq; Patris Unico, Et inclyto Paraclyto, Cui laus, potestas, glōria Æterna sit per sæcula, Amen.

V. Hęc est domus Dōmini firmiter ædificata. **R.** Bene fundata est supra firmam petram.

Ad Magnificat, Antiphona, Sanctificavit Dōminus tabernaculum suum: quia hæc est domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus, de quo scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit Dōminus.

In